

César Bellum Civile

[3,93] (93) Sed nostri milites dato signo cum infestis pilis procucurrissent atque animum aduertissent non concurrere a Pompeianis, usu periti ac superioribus pugnibus exercitati sua sponte cursum represserunt et ad medium fere spatium constiterunt, ne consumptis uiribus appropinquarent, paruoque intermisso temporis spatio ac rursus renouato cursu pila miserunt celeriterque, ut erat praeceptum a Caesare, gladios strinxerunt. Neque uero Pompeiani huic rei defuerunt. Nam et tela missa exceperunt et impetum legionum tulerunt et ordines suos seruauerunt pilisque missis ad gladios redierunt.

(Eodem tempore equites ab sinistro Pompei cornu, ut erat imperatum, uniuersi procucurrerunt, omnisque multitudo sagittariorum se profudit.)

Quorum impetum noster equitatus non tulit, sed paulatim loco motus cessit, equitesque Pompei hoc acrius instare et se turmatim explicare aciemque nostram a latere aperto circumire coeperunt. Quod ubi Caesar animaduertit, quartae aciei, quam instituerat sex cohortium, dedit signum. Illi celeriter procucurrerunt infestisque signis tanta ui in Pompei equites impetum fecerunt, ut eorum nemo consisteret, omnesque conuersi non solum loco excederent, sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent. Quibus submotis omnes sagittarii funditoresque destituti inermes sine praesidio interfecti sunt.

La Bataille de Pharsale (traduction Nisard)

3. [93] (1) Cependant nos soldats, au signal donné, s'élançant, le javelot à la main; mais, ayant remarqué que ceux de Pompée ne couraient point à eux, instruits par l'expérience, et formés par les combats précédents, ils ralentirent d'eux-mêmes le pas et s'arrêtèrent au milieu de leur course, pour ne pas arriver hors d'haleine; et, quelques moments après, ayant repris leur course, ils lancèrent leurs javelots, et puis, selon l'ordre de César, saisirent leurs épées. (2) Les soldats de Pompée firent bonne contenance; ils reçurent la décharge des traits, soutinrent, sans se rompre, le choc des légions, et, après avoir lancé leurs javelots, mirent aussi l'épée à la main.

(3) (En même temps la cavalerie de Pompée, qui était à l'aile gauche, s'élança comme elle en avait l'ordre, et la foule des archers se répandit de toutes parts.)

(4) Notre cavalerie ne soutint pas le choc et plia quelque peu: celle de Pompée ne la pressa que plus vivement, et commença à développer ses escadrons et nous envelopper par le flanc. (5) À cette vue, César donna le signal à la quatrième ligne, composée de six cohortes. (6) Elles s'ébranlèrent aussitôt, et chargèrent avec tant de vigueur la cavalerie de Pompée, que pas un ne tint ferme, et que tous, ayant tourné bride, non seulement quittèrent la place, mais s'enfuirent à la hâte vers les plus hantes montagnes. (7) Eux partis, les frondeurs et les archers se trouvèrent sans défense et sans appui, et tous furent taillés en pièces.